Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

Ad librum VI.

urn:nbn:de:bsz:31-131303

Visual Library

Pagin. 158. Tributa miſeri pro pervaſoribus ſolvunt) *Edictum in pervaſores exſtat apud Caſſiodor. libr. 9. variar. 18. ubi vide, quæ notat Gul. Fornerius.*

Armare & exarmare iram.

Pag. 161. Ipſi in nos iram divinitatis armamus.) *Ita* exarmare iram *apud Boeth. libro 1. de conſolat.*

Exarmaveris impotentis iram.

Benevolētia præſtabilior armis.

Pag. 166. Benevolentiâ ſeptum oportet eſſe non armis) *Vide quæ not. ad illud Boeth. lib. 4. de conſolat.*

Quos vides ſedere celſo
Solii culmine Reges,
Purpurâ claros nitente
Septos triſtibus armis.

AD LIBRUM VI.

Pag. 173. Qui annis nomina tribuunt.) *Vid. Gul. Forner. lib. 1. ſelect. cap. 12. & Iac. Durant. Caſel. lib. 1. variar. cap. 5. ubi ex Sexto Pompejo & Petronio Arbitro docet,* inſulſo & rudi ſeculo apud Romanos clavis annos numerari ſolitos, *quos ſecuta ætas paulò cultior & elegantior per Conſules numeravit. Venuſtè Claudianus in Epigrammate de ſene Veronenſi:*

Anni clavis numerari ſoliti.

Frugibus alternis, non conſule computat annum,
Autumnũ pomis, Ver ſibi flore notat.

Pag. 181. Riſus corruptio diſciplinæ.) *Barnab. Briſſonius lib. 2. de Regio Perſarum Principatu*

patu

patu oſtendit ex Herodoti lib. 1. inter cætera, quæ ad rectam, nec ſatis unquam laudatam Perſarum diſciplinam ſpectarint, non infimum locum obtinuiſſe, quod riſum, maximeq́; ſolutum & effuſum continuerint, nec in publico cachinnũ ſuſtulerint. Exinde conſtat, tantò futiliores fuiſſe incolas Hypate, quantò liberius in riſum ineptum, quo, *Catullo teſte,* nulla res ineptior *exarſerint. De quorum ritu ita Byrrhena apud Apulej. l. 2. Metam.* Solemnis dies à primis cunabulis hujus Urbis conditę craſtinus advenit, quo die ſoli mortalium, ſanctiſſimum Deum RISUM hilaro atque gaudiali ritu propitiamus. Hunc tua præſentia nobis efficiet gratiorem. Atque utinam aliquid de proprio lepore lætificũ honorando Deo comminiſcaris, quo magis pleniusq́; tanto numini litemus?

Perſæ riſum ſolutiorẽ continebant.

Riſu inepto nulla res ineptior.

Riſus Deus ſolemni ritu propitiatus.

Pag. 191. Si enim illuſtrem ac præpotentem virum.) *Atrox injuria fit aut* perſonâ, *aut* tempore, *aut* reipsâ. Perſonâ, *cùm Magiſtratui, cùm parenti, patronove, vel aliâs ſpectatæ auctoritatis viro injuria fit:* Tempore, *ſi in ludis & in conſpectu Prætoris:* Re, *ſi vulnus illatum, aut os alicui percuſſum ſit. Ita Labeo ait apud Ulpianum in l. Prætoris 7. §. finẽ. ff. de injuria. Ad atrocem injuriam, quæ perſona fit, Salvianum hîc reſpicere adſerit Jac. Ræard. l. 1. c. 9.*

Atrox injuria fit tripliciter.

Pag. 194. Quidquid immunditiarum eſt.) *Mirificè hunc locum illuſtrat J. Lipſius cap. 2. De amphitheatro.*

naValis Enyó *Pag. 196.* Navigare per fluctus bella cœperunt.) *Hinc* navalis Enyó, *apud Martial. libr. ſpectacul. Epig. 24.*

Ne te decipiat ratibus navalis Enyó,

Furioſi nulla Volũtas, nullus ſenſus. *Pag. 204.* Voluntas crimen non habet, ubi furore peccatur) *Planè idem ſtatuunt noſtri JC. ex quibus Pomponius lib. 6. ad Sabinum ait*, Furioſos nec ſentire poſſe, nec conſentire. *l. ſi tibi. 8. § unius ff. de opt. leg. Item Julianus lib. 37. Digeſt.* eaſdem per omnia & in omnibus abſentium vel quieſcentium loco haberi, *confirmat l. 2. §. furioſus ff. de jure codicill. Ulpianus quoq; l. 1. ad Sabinum ſcriptum reliquit*; compotes mentis furioſos non eſſe. *l qui teſtamento. 20. ff. qui teſtament. fac. poſs. cui omninò ſuccinere videtur Lactantius lib. 7. Divinar. Inſtit. cap. 12. dum ait*: In furioſis mens extinguitur, anima manet. *Quin & hoc ipſum eſt, quod teſte Macro JC. l. 2. de jud. pub. D. Marcus & Commod. Scapulæ Tertyllo reſcripſerint in hæc verba: ſi tibi liquido cõpertum eſt Aeliũ Priſcũ in eo furore eſſe, ut continuâ mentis alienatione omni intellectu careat; nec ſubeſt ulla ſuſpicio, matrẽ ab eo ſimulatione dementiæ occiſam: potes de modo pœnæ ejus diſſimulare, cum ſatis furore ipſo puniatur. l. Divus, 14. ff. de offic. præſ.* *Senec. in Herc. Furente v. 1096.*

Elegans ratio, cur furioſus non ſit puniendus.

Solus te jam præſtare poteſt
Furor inſontem: proxima puris
Sors eſt manibus, neſcire nefas.

Pag. 208. Uſus vitę humanæ habet, ut referatur gratia) *Gratitudo, ut res longè honeſtiſſima,*

paſſim à philoſophis commendatur; quandoquidem æquitas & ratio naturalis dictat, ut benè merentibus gratiam habeamus. Unde & ſplendidiſſima Tyriorum coloniæ decus Ulp. l. ſed etſi. 25. §. conſuluit, ff. de pet. her. ſcribit, naturaliter nos ad remunerandum obligari. Cui omninò ſuffragari videtur ipſe Salv. l. 4. contra Arar. p. 151. ita inquiens: Natura ipſa hominũ conſuetudoq; cõmunis hac q. generali cũctos lege cõſtringit, ut à q.b. aliquid liberalitatis accepimus, plus ei gratiæ debeamus: arctat quippe nos ad retributiõem dati accepta largitio. Ante uſum .n. ac munificentiã liberalitatis alienæ liber eſt quiſpiam, beneficiorũ fœnore non gravatus: coguntur a. omnes ipſa conſcientiâ ſuâ ad repenſationem viciſſitudinis, poſtquã eſſe cœperint debitores. Alii tamen opinãtur, nullam hic eſſe propriam naturalẽ obligationẽ, quæ reverà ſit illa, propter quam, ſi non experiri in judicio, ſaltẽ petere & flagitare q. debitũ, & ſi nõ præſtetur, conqueri poſſumus. Quod ſanè nec ipſũ ratione deſtituitur. Ecquis .n. inficiabitur, id eſſe turpe, & viro prudenti non cõvenire, ſi ab eo in quem beneficiũ contulerit, ἀντίδωρον aliquod, ceu debitũ poſcat? annon beneficii nomen amittet, & in creditum transfigurabitur? Qua de re poſt Senec. libr. 3. de benefic. Fr. Duar. ad l. ſi pupillus 127. ff. de V.O.

Gratitudo res honeſtiſſima.

Naturalis ad remunerandum obligatio.

Pag. 111. Aurum quod pendimus, munera vocamus.) Boet. lib. 2. de conſ. Gaudetis ſeſe res aliter habentes falſis compellare nominibus, quæ

Vocabula res non habentia.

quæ facilè ipſarum rerum redarguuntur effectu.

Mancipiorū conditio. Omnes quippe captivi.) *Cornel. Tacitus, in vita Agricolæ:* Nata ſervituti mancipia ſemel veneunt, atque ultrò à Dominis aluntur: Britannia ſervitutem ſuam cottidiè emit, cottidie paſcit. *ex quibus verbis Salvianum ſuam hauſiſſe ſententiam innuit J. Lipſ. in Notis ad d.l.*

Illorum more dominorum nobiſcum barbari agunt) *Veſtigia hujus moris ſuperſunt in l. ſi mancipia 19. §. Paulus ff. de inſtr. vel inſtr. leg l. ſuos, 73. §. proinde ff. de Legat. 3. Ejuſmodi vero*

Mercenarii. *mancipia, mercedibus promerendis in dies, menſes, annos locata,* Mercenarios *indigetaſſe veteres, teſtatur Senec. lib. 7. de benefic. cap. 5. his verbis:* Nec conductum meum, quanquam ſis dominus, intrabis; nec ſervū tuum, mercenarium meum, abduces: & abs te rhedam ſi conduxero, beneficium accipies, ſi tibi in vehiculo tuo ſedere permiſero.

Ad Lib. VII.

Romanorū avaritia. *P. 235.* Prætereo avaritiæ inhumanitatem, quod proprium eſt Romanorum.) *Referenda huc verba Saluſtii, qui de Jugurtha, populum Romanum opibus in ſuam ſententiam pertrahente, ſic ſcribit:* Poſtquam Româ egreſſus eſt, fertur, ſæpè tacitus eo reſpiciens, urbem venalem, & maturè perituram, ſi emptorem invenerit.

Carthago Romæ amu- *Pag. 241.* Illa ſcilicet Romanis arcibus ſemper

per